



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv
Redivivae**

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

V.

DIVA ADELHEIDIS MEGENGOZI & GERBERGÆ *Illustrium Comitum Filia, Vilica adfluvium Sigam eximie colitur, quæ ibidem magisterium, in devotas Deo Virgines exercuit, Matremque Religiosæ familiæ egit. quod Officium tanto virtutis, charitatisque ardore implevit: ut non harum modò, sed pauperum omnium Mater audiret, quibus tectum, victum nunquam non præbuit, pedes etiam eorum lavans, & ulcera velut gemmas tractare solita: unde tantam sibi in Cælo terræque gloriam conciliavit, vt vel ipsâ tacente, sanctitatem eius virtutes & miracula loquerentur. Ex Appar. Gelen. & P. Canis. Martyr.*

VIII.

WERTHINIA nobilis MARCHIÆ & MONTIBVS interiecta *Abbatia, sub hoc tempus B. TIGRIMI Episcopi Halberstadiensis Ossa è tenebris in lucem, gloriosâ pompâ transtulit. Qui, dū viveret, alios verbis, doctrina alios, alios miraculis, beneficâ alios manu, vitæ exemplo omnes, ad CHRISTVM, eiusque cultum traxit. Et ex his ipsis, Dei unius quærens gloriam*
apud .

apud eundem, & suam nunquam intermorituram
reperit. Ex Appar. Gelen. & Werthin. *Annal.*

IX.

AD SVLPIACVM seu *Fussenich* generis nobilitate & virtutum famâ conspicuarum *Virginum Asceterium* conditus & in honore est **ADALRICVS** *Francisci sanguinis Adolescens*; qui primo ætatis flore, mundo calcato, largâ manu hereditatem suam inter pauperes sparsit. Deinde *Roma limina Apostolorum, & Colonia trium MAGORVM, aliâque loca, Sanguine & miraculis Martyrum* nobilitata religiosè illustravit, multôsque annos *talem se, quales nos omnes sumus, peregrinum FUESSENICHII, gregem pascendo tandem vendidit*, donec aridâ prorsus æstate ignotus *Opilio: & precibus fretus, baculo rudi fontem, armentis, hominibusque è terra Medicum daret*. Et quid mirum, si *terreno Fonte cum alijs Divis Pastor hic potus perennes beatitatis fontes adiecit*, nullâ deinceps *siti cruciandus*. Ex *tabulis Fussenichianis*.

X.

WILHELMVS *Confessor amplissimâ fortunâ PICTONVM Comitum & AQUITANIÆ Ducum*